

Q. D. B. V.

4, 104.

836

83

CAPITA IVRIS LECTA

DE

1719

24

IVRE MARITI IN BONA VXORIS
ADHVC VIVENTIS VTENSILIA

P R A E S I D E

CHRISTIANO GOTTLIEB
HOMMELIO, D.

TIT. DE VERB. SIGNIF. ET REGVL. IVR. PROF. P.
ET FACVLTATIS IVRIDICAE VITEMB.

A S S E S S O R E

IN AVDITORIO MAIORE

DIE XX. IVLII A. R. S. c^{is} i^o CC LXXVIII.

D I S P U T A N D I C A V S A

PROFONIT

IOANNES DAVID MARTINI

KOENIGSWALDA - HERMVNDVRVS

VITEMBERGAE

LITTERIS TZSCHIDRICHIANIS.

CHRISTIANUS PEGNA
CIVITATIS MECHELEN
MICHAELE VENDEMANI
LUTETIAE
GREGORIUS OCTHIER
D. C. D.
GREGORIUS OCTHIER



Thef. I.

Quem ad modum maritus in rebus ad ornatum muliebrem spectantibus de suo comparatis, uxorique traditis, retinet dominium, nec non eas, inconsulta coniuge, in alios quacunque transferre potest ratione, ita easdem, ab uxore sine eius consensu alienatas, absque restitutione pretii, quod in eius rem versum non est, a quo quis vindicat possessore. Quod dominium, dum maritus adhuc vivens bonis labitur, in eius creditores transit. Arg. L.5. §. 10. 2. Commodat. MANDAT. SAX. ELECT. de Bancarupt. d.d. 20. Dec. 1766. §. 15. CONT. COD. AVG. Tom. I. pag. 932.

Secus sentiunt CARPOV. in Jurispr. For. Part. II. Const. 13. Def. 21. BARTH. de Gerada cap. I. §. 4. lit. b. et cap. V. §. 1. seq. BERGER. Part. II. Suppl. ad Elect. Disc. For. Tit. 45. Obs. 11. pag. 942. Sed vide WERNHER. in Enunciat. Iur. Part. I. En. 10. LEYSER. ad Pandect. Spec. DLXXIX. Med. 10. BEYER. in Delin. Iur. German. Lib. II. cap. XV. §. 14. et 61.

Thef. II.

Thalami socius in bonis sociae adhuc viventis vtens
filibus tam illatis, quam aliunde v.c. per mortem co-
gnatae quae sitis usumfructum habet *), quo nec priva-
tur in separatione a toro et mensa, nec divortio ob adul-
terium uxoris consumatum facto **). BARTH. de Ge-
rada cap. V. §. 22. et cap. VII. §. 34.

*) Quod negat STRYCK. in Tract. de iure mariti in bonis
uxoris, cap. IV. §. 14. Sed vid. BARTH. Disp. de ma-
rito usufructuario Saxonico, cap. 1. 2. et 6. seqq.

**) Contra sentit CARPOV. in Iurispr. For. Part. IV.
Const. 21. Def. 2. At confer. LEYSER. ad Pandect.
Spec. D LXXIX. corol. I.

Thef. III.

Nec uxori cautionem praestat usufructuariam, nec
premium attritorum geradicorum restituit tori consors.
Conf. WILDOGE. in Respons. Iur. LXIII. num. 5.
BARTH. de Gerada cap. V. §. 24.

Dissentire viderur quoad posterius assertum ILL. HOMMEL.
in Rhaps. Iur. Obs. 110.

Thef. IIII.

Vtensilia ab uxore, sine viri consensu, sive titulo
onerofo, sive lucrativo alienata, aut oppignorata a quo-
cunque

cunque possessore actione hic repetit confessoria, quam
diu ista vivit. Vid. IUS PROVINC. SAX. Lib. I. Art.
31. et 45. et GLOSSA GERM. ad IUS WEICH-
BILD. Art. 23. n. 32. et MANDAT. SAX. ELECT.
dd. 18. Novembris 1722. Ordinationi Proc. Rec. sub num.
12. adiectum. Iung. HORN. in Respons. Iur. 3. Class.
III. et ILL. HOMMEL. in Rhapsod. Iur. Obs. 311. num.
10. et Obs. 403.

Contrarium statuit, et ad alienationem geradae uxoriae
onerosam consensum mariti regulariter non requiri, cen-
set BERGER. in Philocal. For. pag. 44. At vid. IO. CHR.
WERNHER. Disp. de invaliditate dispositionis inter vivos uxo-
ris, circa res geradicas, neglego mariti consensu. Erf. 1744.

Thef. V.

Nec dubitandum, quin sine mariti consensu haec
oppignorata sumitibus heredum defunctae uxor is sint
reluenda. Quod et dicendum, si cum viri consensu, sed
ex necessitate et in commodum coniugatae oppignora-
tio facta. IUS PROVINC. SAX. Lib. I. Art. 24. in fi-
ne. GLOSSA GERM. ad IUS WEICHBILD. Art.
23. num. 30. seqq. BEYER. Delineat. Iur. German.
Lib. II. cap. XV. §. 63.

Thef. VI.

E contrario tori socia res geradicis sibi proprias
a marito sine eius legitimo consensu pignoris iure obli-

gatas, aut alienatas a quovis vindicat possessore, nec creditum, vel pretium, quod in eius utilitate in versum non est, restituit, possessori vero integrum manet, suum a marito, et in concursu ex eius bonis suo petere ordine. C A R P Z O V. in Iurispr. For. Part. II. Constit. 14. Def. 63. W I L D V O G E L. in Respons. Iur. LXIII. num. 4. B E R G E R. Part. II. Suppl. ad Elect. Discept. For. Consil. 18. num. 1. pag. 1383.

Thef. VII.

Praeterea in hac iniusta geradae translatione non modo uxor, sed et eius heredes contra maritum eiusque heredes ad utensilia suis expensis a possessore redimenda, aut ad eorum pretium restituendum, experiri possunt. Arg. DECIS. SAX. ELECT. LI. in fine. BARTH. de Gerada cap. V. §. 9.

Thef. VIII.

Maritus, consentiente quidem coniuge, sed sine alio curatore sexus, res geradicas illatas, aut ab ista quae-
fitas vendens, pretiumque inde redactum in suum con-
vertens usum, ad restitutionem pretii non modo huic,
sed

sed et, ea mortua, heredibus geradicis obligatur. Vid.

DECIS. SAX. ELECTOR. XXIV. CARPZOV.

Part. II. Decis. 145.

Thef. VIII.

Vxor geradam suam aestimato venditionis gratia marito in dotem omnino dare potest*. Quodsi factum, hic sine illius consensu istam valide alienat et oppignorat, nec pretium coniugis praedefunctae heredibus, cum in mobilia eius succedit, restituit. Conf. Io. FRID. WERNHER. Disp. de Rescissione venditionis Geradicae f. 13. Vit. 1734.

* Dissentit CARPZOV. Tract. de Donat. Geradae cap. I. §. 11. seq. Sed vide BARTH. de Gerada cap. V. §. 68.

Thef. X.

Coniux ex mariti facultatibus lapsi bonis, exerto concursu creditorum, utensilia propria in natura adhuc extantia vindicat, ORD. PROC. SAX. VET. Tit. XLIII. §. 4. et MANDAT. SAX. ELECT. de Bancaerupt. dd. 20. Decembr. 1766. §. 15. Aestimato venditionis gratia in dotem data petit iure tacitae

hypo-

hypothecae cum iure praelationis, O R D . P R O C . S A X .
V E T . Tit. XLIII. § . I . si haec dedit marito, durante
matrimonio, ad venditionem, aut oppignorationem,
ut pecunia accepta utatur ex mutui contractu, chiro-
graphariis annumeratur creditoribus, sicut et uxoris
defunctae heres geradica. O R D . P R O C . S A X . V E T .

Tit. cit. § . 2 . in fine. Iung. C A R P Z O V . Part. III.

Decis. 281. num. 3. et in Iurispr. For.

Part. I. Const. 24. Def. 4.



ULB Halle
004 058 02X

3



56





Q. D. B. V. 4, 104.
CAPITA IVRIS LECTA 836 83
DE 1779 21
IVRE MARITI IN BONA VXORIS
ADHVC VIVENTIS VTENSILIA

P R A E S I D E

CHRISTIANO GOTTLIEB
H O M M E L I O , D .

TIT. DE VERB. SIGNIF. ET REGVL. IVR. PROF. P.
ET FACVLTATIS IVRIDICAE VITEMB.

A S S E S S O R E

I N A V D I T O R I O M A I O R E

DIE XX. IVLII A. R. S. cIe Is CC LXXVIII.

D I S P V T A N D I C A V S A

PROFONIT

IOANNES DAVID MARTINI

KOENIGSWALDA - HERMVNDVRVS

VITEMBERGAE

LITTERIS TZSCHIDRICHIANIS.